



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

IX. Quartus modus præsentiaë Dei per essentiam in omnibus rebus
existentis: cernendum esse Deum in creaturis operantem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

C A P. IX.

*Quartus modus praesentiae Dei per essentiam
in omnibus rebus existentis : cernen-
dum esse Deum in creaturis
operantem.*

Vidimus Dei praesentiam in creaturis
existentis, nosque in ipso : videamus
idem operantem, qui quartus modus est
praesentiae divinae concipiendae. Conficitur e-
nim ex his, quae diximus, Deum ut in ipsis esse,
et in ipsis agere, eas per eum moveri aut
non egere. Refert historia Tripartita dignam
Dei illuminationem; videlicet, cum quidam Philoso-
phus, ille philosophorum accessisset Beatum Antonium dicens,
“ *Quomodo sufficis, o Pater, codicum consola-
tione? respondebat Antonius: Meus codex,
natura creaturarum est : et adest cum
relego. Insignis liber iste est,
si quis oculos bonos haberet : stupenda conti-
nent, si modo animum in eius
considerationem conuertamus. Constat ere-
parati ipsi omnia inferiora haec a Deo condita esse
nobis dico. Quia propter hominem, siue terrestria, siue caelestia:
temporalia item, spiritualia, & aeterna bona. Or-
dine enim vestra sunt, ait Apostolus, siue mundus,
siue vita, siue mors siue praesentia, siue futura: omnia
vestra sunt, vos autem CHRISTI,
CHRISTVS autem Dei. Hisce vero in-
genemus omnibus ad vitam hanc mixtam, par-*

*Modus 4.
quo Deus
in rebus
conditis o-
peratur.*

Lib 8. c. 1.

1 Cor. 3.



tim corporalem, partim spiritualem: & si multa ex his, quæ sunt, non essent, indigentiam hæc dolenter animadverteremus. imo multi contumeliosè desiderant, sibi que deesse queruntur, cum ad silentationem, aut corporis cultum & ornamentum ad sanitatem vel perditam recuperandam vel integram conservandam: ad studia ac doctrinam promouendam, ad amicitias conciliandas ad salutem animæ consequendam. Verbi gratia terra si hiatis abundet, ambulare non poterit: aer obtenebrescat, operari vide: equæ non poterit: non viues, si panis desit, si ignis, si aqua hæc omnia dat Deus, sine quo non essent, non agerent.

Peregrinum quendam è mari naufragum in Palaëstinam aduenientem, capite, pedibus, & pæneque toto corpore nudum & squallidum, quidam bonus Abrahamus obuius excepit, & adduxitque domum. Eius famuli, iussu domini, certatim quisque (prout officium exigebat) alius galerum, alius calceos, alius calceos & femoralia subministrarunt. Luit illi pedes, faciem, corpus, & abluendum mundatum linteo calefacto absterfit: & calceos & exomide alter eum donauit; curatius luculentum ignem; cibum alius, & vinum optimum deprompsit: quibus omnibus refocillatum, & aliquot noctibus molli lecto recreatum à fatigatione thesaurarius benedictum nummatum dimisit. Redit ille in patriam, & Abrahami liberalitatem prædicat, de obsequiis famulorum tacet; & tamen dominum

non nouit se. Deus & Dominus noster ipse
 Abrahamus, qui nos excipit: omnes res
 cadunt ab ipso eidem obsequuntur, & quibus *Psal. 148.*
 seruiunt. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus
 stellarum, quæ faciunt verbum eius: montes, &
 colles: ligna fructifera, & omnes cedri: be-
 ues, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres penna-
 rum: Reges terræ, & omnes populi: Principes, & o-
 mnes iudices terræ; iuuenes & virgines, senes cum
 matribus. Quare si quis te excipiat, si ignis ca-
 sciat, si cibis reficiat, si potus sitis ardorem
 extinguat, si vestes tegant & ornent, si denique
 dolores videas, si dulcorem sapias, si odorem,
 percipias, si res alias cognoscas, scito per illum
 hominum fieri, sine quo nihil fieri potest: illum
 esse qui hæc facit, non modo per hos fa-
 ctos, sed & præcipuam ipse operis partem su-
 scipiat, nec illi agerent, si ipse cum ipsis non ageret.
 Quare Diuus Augustinus illi quoque nomina *Soliloq. c. 31*
 attribuit, dicens: Cum Deum meum quæro
 nihilominus quandam lucem super omnem lucem,
 quam non capit oculus: quandam vocem super omnem
 vocem, quam non capit auris: quandam odorem super
 odorem quem non capit naris: quandam dulco-
 rem super omnem dulcorem, quem non capit gustus:
 quandam amplexum super omnem amplexum, quem
 non capit tactus. Ista enim lux fulget, vbi non capit
 visus: ista vox sonat, vbi spiritus non rapit; odor iste redo-
 rat, vbi flatu non spargit: sapor iste sapit, vbi non est
 palatus: amplexus iste tangitur, vbi non diuel-
 litur. Hic est Deus meus, & non aestimabitur
 ad illum. Hoc quæro, cum Deum meum
 S^f 4 quæro

quero: istud amo, cum Deum meum amo. Hactenus Augustinus.

*Ex profanis spiritu-
alia eliciuntur.*

49. Huc spectat, quod, qui hoc exercitio coli desiderat, è rebus profanis & temporibus, actionibusque hominum, sensus quosdam ac conceptiones spirituales eliciat. quod Christo Domino admodum fuit familiare; quæ in vulgaribus rebus elegantissimas parabolas conceptus educebat: ut ex asino in puteum caritate, atque extracto, peccatorem è peccati caritate esse extrahendum: è quinque panum hereticorum usu, ad panis spiritualis seu fidei de sui ipsius, panis vini, qui de cælo descendit denique ad Eucharistiæ instituendæ sub speciebus panis & vini promissionem devenit. Hæc sunt tot parabolæ; de filio prodigo, de semine in thesauro in agro abscondito, de denario dimitto operariis vineæ numero, de ficulnea excindenda. Ex quibus colligimus, quomodo in Domino, quæcumque videbat, ad spirituales intelligentiam solitum transferre, animosque ad mores salutemque proximorum.

Ex rebus omnibus creatis spirituales conceptus esse excitandos.

Homo pariter spiritualis ex rebus omnibus creatis elicit conceptus spirituales, quibus dicitur spiritum à vanis cogitationibus, otio, peccatisque multis tuetur, & se velut iaculis quibusdam ignitis inflammat. Id vero fit inducta comparatione rerum terrestrium cum cælestibus spiritualibus; illa eleuando, horum vero excipiendo prædicando: ut cum solem astrae suspicis, illico infer, longe illustriorem esse animi hominis, quam cælos, si illa iustitiæ Solè virtute

que lucentes gemmas contineat. Si cœlum
aspicis, ad sedes beatorum animum attolle: vi
sibile tibi locum paratum esse, si Deo pareas,
cumq; colas & venerere. Si aurum tantum au-
dis, de laudibus cogita beatorum. Cum aurum
aspicis, id lutum reputa comparatione sapien-
tiae. Cum thronos, diademata, atque honores ti-
bi obiciis, veniat huius versiculi in mētem: *Bea-
tus vir qui timet Dominum: gloria & diuitiæ in domo Psal. xii.
& iustitia eius manet in seculum seculi.* Si cibos
cogites, existima id quod est: nempe in ventrem
transcessum abire, verbum autem Domini cibos
que spirituales in æternum manere.

Idem fecerunt Apostoli. Paulus sane in hoc
genere erat exercitatissimus: vt, cum de Genti-
bus ad adiunctionem tractat, hoc ex hortulano-
rum, qui insitiones faciunt, mutuatur industria: *Rom. 9.
1. Cor. 9.
2. Tim. 2.
Rom. 9.*

B. Martinus, Episcopus Turonensis, hac Pra-
dicatione (vt auctor est Seuerus Sulpitius) subinde v-
suebat. Visitaturus diœcesim Condacensem
cum discipulis suis, videns mergos in flumine
stipulis capiendis insidiantes, *Forma, ait, hac
demonum est: insidiantur incautis, capiunt nescientes,
capros deuorant, exsaturari que non queunt deuora-
re.* Mergos vero illos in siluas montesque abdi-
xit. *In Scala spi*

Ioannes Climacus narrat se in visitatione Mo-
nasterii

rit. grad. 4.
post initiū.

nafteriorum Fratrem quendam, qui culinae curam habebat, reperisse singulari lactymarum gratia præditum; à quo cum sedulo sciscitatus fuisset qua ratione tantum donum esset adeptus, demum precibus inductus Frater respondit se numquam arbitratum in culina ministerium servare hominibus, sed in suis Fratribus de Apostolis bene mereri: & ex ignis, quem perpetuo cernebat, conspectu in ignis inferni incendia animo versasse, quæ consuetudine vberes ex oculis lacrymas solebat elicere. Præ-

In hist.

Tripart. li.

§ 6.1.

rum illud est, quod Socrates narrat de Pamphile: qui cum Athanasio deprecante ab eremico descendisset Alexandriam, & vidisset mulierem theatralem, fleuit; & à prætereuntibus inquit quare ploraret, Duce, inquit, me res mouerunt una, quæ est illius mulieris perditio; altera vero, quæ ego non tantum studeo placere Deo, quantum hominibus turpibus placere possit hominibus.

Ribad in
vita eius
Gallice
conscripserat,
li. 4. c. 1.

Valuit in hoc genere spirituales conceptus efformandi ex rebus promiscue occurrentibus P. Franciscus Borgia, ex Duce Gandiæ Societatis IESU, & demum Præpositus eiusdem Generalis in ordine tertius: sed eo magis admirandum quod pleraque ad sese demittendum applicaret. Venienti Romam in habitu Ducali, cum Cardinales pro more ei multos obuios miserent, Nihil, inquit, unquam opportunius, nihil commemorari potuit: bestia bestiam exceptura aduenientem. Post ingressum in Societatem cum nobilibus Hispanus, motus compassione, quod nimis incommode iter faceret, rogaret ut valetudinis suæ aliquam curam haberet, Franciscus ridentem

Ne arbitretur dominatio vestra, inquit, mihi de-
 oportunitates itineris: solvo metatorem prae mitte-
 qui commodi in diuersis nobis apparet. Ecquem?
 nobilis. Cognitionem mei, respondit Francis-
 cas, & considerationem poenarum infernarum, quas
 vatis exigentibus merui. Hac notitia comitatus,
 nunquam hospitium tenuit instructū inuenio com-
 ditatibus, imo apparatus longe meliorem quam
 mihi mereri videar. Alias Xenodochium visitan-
 ti diabolus in forma hominis sic illū aggressus
 est: Quid hic agis, Francisce, inter populi quisqui-
 tu ac faces? non pudet te Principem, hisce annu-mera-
 ti Magis, inquit, (agnouit enim increpantem)
 tremor me adeo humilem abiectumque homunculū
 iuxta ac peccatorem tuo colloquio dignari, cum sis Rex,
 & quidem super omnes filios superbiae. Hic bonus
 Pater intentus perpetuo videbatur, vt in Deum
 virtutumque acquisitionem, obuia quaeque
 conuerteret.

Assurgant alij ex leuissimae rei conspectu
 ad Creatoris supremam Maiestatem, ac pulchri-
 tudinis eiusdem considerationem: quod de B.
 Ignatio Societatis I E S V fundatore scribunt Pe-
 trus Ribadeneira & Maffei; qui ex conspectu
 flosculi Conditoris illico veniebat in memo-
 riam, quod & multis Sanctis familiare fuit, qui
 florem quodammodo sic loquentem audire vi-
 debantur: En eius, quem diligis, Dei serue, ma-
 nus sacrosanctae fecerunt me: ille mecum est,
 meque sic sustentat, vt mecum viuat. In eo sum,
 viuo in ipso: pulchritudinem meam ab eo ac-
 cipio. Si meam originem nosse vells, in paruo
 semine

Loco cita-
 to.

Floris lo-
 quentis
 Deumque
 laudantis
 descriptio.

“
 “

„ semine delitui; quod in terræ gremio molliore
 „ depositum, vapore tepéfatum, terra omnium
 „ mater diffudit, elicuitque herbescentem ex
 „ viriditatem : quæ nixa fibris stirpis, sensim ad
 „ leuit, culmoque erecta cortice vestito, in partem
 „ varias velut brachia extendit sese; è quibus
 „ folia vel flores eruperunt certatim. Inter
 „ teros, rosæ mihi nomen est. Munior spiritus
 „ quæ ad custodiam mihi à Conditore data sunt
 „ Quam modo explicatam patentemque continet
 „ cis, velut globo, thecæ cuidam quasi folliculi
 „ dissecto, contra noctis iniurias inclusa, primo
 „ calyx aurora surgente, deinde nympha expla
 „ tior euasi. Quotquot in me folia molliora
 „ conspicis, prodeunt ex capite aut globo infren
 „ re lanugine referto, quo tenerioribus velut
 „ gibus quibusdam continentur. Prodit & capillam
 „ lamentum, leu tenuissima quædam stamina, præ
 „ quorum apice croceus flos insidet; semen, præ
 „ species pereat, asseruans. Mirare foliorum
 „ crimina, crispationes, ordines : vide color
 „ nunc purpureum, nunc Alabandicum, nunc
 „ beum atque ardentem, nunc albiorem: iunge
 „ dorem eximium : adde vim quam mihi aucto
 „ rerum omnium indidit, vt ex me electuaria
 „ ta conficiantur ad sanitatis humanæ confer
 „ tionem ; hinc aquæ, syrupus, intrita, oleum, vi
 „ guentum rosaceum, vt non oculos modo ob
 „ etem, sed & palatum, & nares, & tactum, & ho
 „ machum; denique totum hominem benefici
 „ meis demerear. Si desiderio mei teneris, ro
 „ neare illius, cuius manus me totam efformauit
 „ runt;

ECT. ni molliore
ra omnium
entem ex
sensim ad
cto, in part
e quibus
a. Intere
unior sp
re data sum
nque cond
nafi folli
lusa, prim
apha expl
olia molli
globo inf
ous velur
odit & cap
stamina
; semen
foliorum
de color
um, nunc
rem: iunge
mihi aud
actuaria
a confer
a, oleum,
modo ob
ctum, & h
m benefi
teneris, te
elformant
rui;

omnesque mei partes, quales vides concin
unt. Scias quoniam qui haec omniaque alia fecit,
ctore Salomone) fortior est illis, ac speciosior: spe-
ciosa enim generator haec omnia constituit: & à magnitu-
dine & excellentia speciei & creaturae cognoscibiliter
venit creator horum videri.

Sic creaturae creatorem suum loqui ac praedi-
cunt, ut non frustra David cecinisse vi-
atur: Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum
eius annuntiat firmamentum. De his plura superio-
ri libro scripsimus: sed lubet paulo fufius in hoc
argumento immorari.

Praxis ergo modi huius ea esse poterit, ut
quotiescumque rem aliquam intueberis, ani-
mo ac cogitatione eam totam penetres, duosque
modos ea maxime diuersa distinguas: nempe rem i-
nteritam conditam, & eius conditorem: quae separa-
tim primum, deinde composita, obiciunt animo
conditorem, non ut species externa representat,
sed ut à mente fide illustrata debet apprehen-
di.

Quadruplicia vero sunt rerum genera: quaedam
vita carent, alia viuentia sunt, sine motu: alia vi-
uentia sunt, & mouentur: denique discernunt alia, ra-
tionemque, & sermone: & si homines gra-
tia diuina praediti sunt, diuinæ nobis similitudi-
nis speciem obiciunt.

In hisce omnibus Dei videndi ratio haec est, &
Praxis, ut, si quid videris quod anima careat, in
ipsam rem penitus inuas: & primum, quod
creatum est, ex vna parte cum adiunctis orna-
mentisque omnibus reponere: ut lapidem in
ima-

Sap. 13.

Psal. 18.

Duo in re-
bus creatis
confide-
randa.

Quadrupli-
cia rerum
creatarum
genera.

I.
Quomodo
in his, qua
vita caret,
Deus vi-
deatur.

imaginem artificiose transformatum, aut etiam
 informem, illius item lineamenta, veras, ma-
 las artificium, & si quid aliud appareat: tum
 altera parte intueri separatim quasi Spiritum
 cum omnibus rebus inexistentem, tum cuius
 rei & huic in particulari esse specificum, non
 forma, sed vt prima causa cum omnibus eius
 iunctis tribuentem ac conseruantem: sine qua
 res illa esse non posset, nec consistere. Et
 ante non erat, quam istud diuinum esse scire
 adiungeret: ita plane certum est ruere, & in
 nihilum reuerti, vbi Deus, vt tu mente, sic re
 à creatura sua volent subtrahere. Adde
 PERFECTIONES illas ac delectationes quae
 visum, siue auditum, aliumue sensum afficiunt
 ab eodem Spiritu & originem ducere, & con-
 tineri: nec modo in eodem Spiritu ea omnia
 nenter contineri, sed eundem cuique rebus
 PERFECTIONESQUE tribuere. Quae in
 vero illud esse diuinum inuisibile est, se eodem
 do, quo homo capax est, per hasce nempe
 turas, quasi quaedam perspicua, exhibet
 le: vnde, si duo illa diuisa cōiungas, tum
 que Deum rebus creatis inexistentem, &
 sint, conferentem, intueri poteris: eoque
 & delectari.

Quare siquid, quod vita careat, occultis
 ret, quod eos delectet, conuertere aciem in
 qui latet remque illam complectere animo
 demum aliter tibi sapiet, quam solo oculo
 nis eam comprehenderes, meritoque
 simo animi sensu Deum compellabis, & dices

aperti mihi forent oculi ! ô si gratiæ tuæ
 caligine depulsa, intueri te clarius li-
 ter; O beati mundo corde, quoniam iſte *Matth. 5.*
 Videbunt utique perfectæ in cœlo si-
 perſpicillis iſtis. Sed quando ſaltem in hoc
 & ænigmate ſic te complectar, ut in exi-
 proſitus totus inflammem conſideratione &
 re tuæ, rerumque quas conſiderunt ma-
 Te horum omnium auctorem agno-
 ſci gratias ago, quia hæc mihi omnia præ-
 ſummoque afficior gaudio propter
 incomprehenſibilem gloriam tuam: quia ama-
 bilis es in omnibus operibus tuis, Domine glo-
 rioſus, omnipotens & laudabilis in ſæcula: ſine
 quo nihil eſt, & in quo ac per quem ſunt omnia.
 Si obiecta res auditum afficiat, odoratū, aut
 tum, melodiam illam, odorem, aut ſaporem
 diuino Spiritu per omnia diſuſo ſeiunge, cum
 que immenſam illam Maiestatem conſpexeris,
 que illa ſenſuum oblectamenta corruerent,
 ad te inuitans ſic dicēs: Tu, Domine, ſonū,
 odorem, ſaporemque & efficis, & ſuſtines: veni
 me cum eis, ut ſciam quam ſuauiſ ſit Spiritus
 tuus: recreet me harmoniā tuā, confortet o-
 dor, reficiat ſapor. O voces & ſoni! ſi vos e-
 mortuæ res vim quandam effunditis, interiorē
 hominem permouentem; quid inſini-
 PERFECTIONVM, quæ in Deo cō-
 ſunt, concentus efficiet? O odor delectabilis,
 quam mirabilem ſub te odorem regis: Et ſi
 delectat id quod forte cras putidum erit:
 quid fiet cum odore illo fruatur, qui à natura
 incor-

Eccle. 24. incorruptibili promanat? O sapientia, quæ ex ore
 „ re altissimi produisti, quam sapida es iis qui laudant
 „ palatum habent! O quando satiabitur in bono
 „ desiderium meum?

2. Si vero res conspecta vitam habeat, ut arbor
In plantis res & plantæ: auoca id, quod natura sibi veniens
Deus etiã cat, à diuino illo Spiritu, & singula per lustras
videndus. dices, viriditatem, flores, fibras omnes, folia
 denticulos, venas, furculos, gemmasque emittentes
 penes: tum aduerte diuinum istum Spiritum
 qui mundi initio late ferebatur super aquas, et
 tunc singulis præsentem esse, formasque complen-
 buentem, ac sustinentem, & alloquens dicitur
 Gratias tibi ago, immense Domine, quod & gratias
 „ cum sis, viuere solum tibi non vis, sed & alios
 „ tam largiris. O foliola, ô flores, laudate Dominum
 „ Deum vestrum, sine quo vita non est. Vultis enim ex
 „ vobis, sed & ipsi, ut enarratis mirabilia eius, et
 „ hi, ut me in eius cognitionem & amorem erigant
 „ tis, & mortali vitæ hominum vsui commodum
 „ sitis.

3. Cum intuebaris animalia bruta, penetra
In brutis. motum, industriam, pulchritudinem, speciositatem
 tius PERFECTIONEM, decorum et
 que in partibus omnibus elucens: contem-
 rem illam ex nihilo esse; & ex se illico in nihilum
 refundi: nisi alia vita ei esse, viuere, ac moueri
 re impertiat, & erumpens in has voces dicitur
 Quam mirabilis es, Domine! & quis comprehen-
 „ hendat sapientiam tuam rebus omnibus imper-
 „ rantem? O bestiolarum & cæli volucres, laudate
Danielis 3. Dominum. Benedicite cete, & omnia que
 moventur

*Cic. lib. de
Amicitia.
Voluptas
in amore
proximi.*

fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur: caritate enim benevolentiaque sublata, omnis est vita sublata: cunctitas: quanto magis Christianos, sui similibus diuinaque caritate copulatos, vinciri neque oportebit! Vnus illis Deus est, vna fides, vna religio, vnum baptisma, vnus omnium inter, vna Ecclesia mater, eadem leges, vnus mensis ac mensa reficiendis animis, locus vniuersæ ternæ commorationi destinatus. Quare nulli sunt qui hominem intueri maxime in virtute præditus sit, non possint sine summa voluptate: tum propter excellentiam religionis Christianæ, virtutumque, quas habere conatur, amorem: tum maxime ob Conditoris inque communis caritatem, quem in eo commendant, & eximium in ipsum amorem, erga quos homines, cœlesti potissimum gratia benevolentiam.

*Raymundus
in vita
eius.*

Seruierat Catharina Senensis cuidam mæ Palmerinæ peruersæ mulieri, & in signum in eandem Catharinam flagranti. Huius cibibus Palmerina recens conuersa, Sacramenta munita è viuis excessit: sed incredibili splendore ac pulchritudine anima illa, in egressu catharinæ visa est: cui Christus: *Si anima vix è peccata emersa salebris tanta, quantam vides, Catharina venustas, splendor, & pulchritudo, censes te frustratam sustinuisse: hominesque vri subinde desiderantes animas vel aberrantes reuocandi, vel Deo suo seruantes conseruandi? Me certe cœli terraque Dominum eam ob causam sublimos cœli regiones deseruisse, &*

Anima iusta pulchritudo.

acquirendi
caritate
vita sublata
os, sui simi
vincit
s est, vna
s omnium
ges, vna
locus vna
Quare
maxime
e summa
iam religio
abere con
nditoris
in eo con
em, erga
gratia om

colluuiem descendisse, passum ac crucifixum fuisse
pannet.

Hic modus latissime patet, valetque pluri
m, ob varietatem, ad vitandum tedium: na-
re enim rerum variæ sunt, Deique sapientia
se se prodit, & in singulis epulas confide-
di apponit delectabiles: potissimum in natu-
re humanæ præstantia, siue naturali, siue cœli-
nifusa: nihilque ita valet ad inordinatos af-
ctus motusque libidinosos extinguendos,
nam summi Dei, quem in omnibus videmus
ardenter diligimus, consideratio, eiusdemq;
æternitatis admiratio ac complexus. Qui enim
alio non formam, non nobilitatem, non car-
nem, non colorem, non externam vestem con-
terat, sed Deum eiusque gratiam, sed opus a-
ntissimi Conditoris, filium summi optimiq;
rentis, eumque æternæ hereditatis capacem
tempore in throno cœlesti sessurum, cum
eris forte iudicaturum orbem: quomodo de-
ollitæ libidineque cogitabit? præsertim cum
fectio hæc ex alio fonte, quam ex carnis fæcu-
nto stagno, promanet: ex amoris nempe diui-
ac caritatis riuo: qui si longo vsu & exercita-
one confirmetur, voluptatis omnis corporeæ
sum reddet odiosum, inuisum, putidum, &
erbum, imo expellet plane atque extin-
et.

illud quoque efficiet, vt non facile con-
namus eum, quem tantopere ab illa supre-
Maiestate diligi, quemq; tantis muneribus,

T t 2 orna-

Varietas
& utilitas
huius mo-
di circa ho-
minem.

ornamentis, ac diuitiis præditum cognoscimus; cuius exigui defectus ac delicta, (quibus vix, ac ne vix quidem, carere possumus) oculis nostris temere obuersantia, tam præclaris donis ac muneribus præponderare nullo modo debent. quid enim sunt imperfectiones ac defectus, ob illos parui faciamus hominem, qui pro Re ac Religione, pro Deo in se retinendo animam ponere paratus sit? absurde enim quispiam dicere censeretur, qui virum optime compositum, robustum, speciosum parui duceret, quod eius facie, alioquin admodum venusta, næuoliquos conspiceret. Maiora sunt dona in homine iusto: membra enim eius templum sunt spiritus sancti, anima sedes sapientiæ: empti sumus precio magno, portamusque Deum in corporibus animisque nostris: etiamsi illi vasis fictiles non sint, ob infirmitatem, absimiles. Sed hæc fit de hoc modo de quo nemo pro dignitate vmquam satis dicere poterit.

Simile.

1. Cor. 6.

Ibidem.

2. Cor. 4.

Nota.

Meminerit tamen (vt hoc postremo dicam) virtutis studiosus, cum aliquid aggredi vult, attente cogitare, se nihil sine causa prima ducere & vero posse producere; meritoque dicere ad ipsum primum motorem animum adiutare in hunc modum: Age, Domine: incipere operare mecū: quia sine te nihil possum. Quod quid fecero, profitebor, sicut & profiteor, esse & factum & perfectum: ego vero vnicuique in hoc opere intueor atque intendo: ipsumque opus ad te, tamquam auctorem, cum actione gratiarum refero: vilissimum enim instrumentum

Ioan. 15.

non me esse confiteor, quod sine artificis ma-
nificere nihil potest.

CAP. X.

*Adfertur quintus, sextus, & septimus mo-
dus presentia diuina; nempe memoria qua-
tuor nouissimorum, timoris Domini
& preceptorum eius, ac passio-
nis Christi.*

DIximus Deum in nobis consistere
per essentiam, cum in memoria, in in-
tellectu, in voluntate & affectu est, tamquam
in memoria, intellectui, & voluntati obiecta,
nempe memorata, intellecta, dilecta. De me-
moria aliquot modos ponemus, ne tantam fa-
cultatem in nobis otiosam ac inutilem repute-
mus. Hortantur nos Scripturæ diuinæ ad quæ-
dam speciali studio memoranda: atque in pri-
mis nouissima hominis, quæ sunt mors, iudi-
cium, infernus, & cælestis gloria; quorum me-
moria admodum utilis est, maxime ad pec-
catum detestandum aut fugiendum. Memorare,
ait Ecclesiasticus, *nouissima tua, & in æternum non
peribis.* & D. Gregorius ait: *Presentis temporis ita
regenda est latitia, vt numquam amaritudo sequentis
iudicii recedat à memoria.* Memor esto, ait idem Ec-
clesiasticus, *quoniam mors non tardat.* addit infe-
rus: *Memento nouissimorum, noli obliuisci.* Memor
iudicii mei: sic enim erit & tuum: *mibi heri, & tibi
hodie.*

*Modus 5.
memoria
nouissimo-
rum.
Eccles. 7.
Hom. 32.*

Eccle. 14.

Eccle. 38.